UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

Formvla Votorvm Simplicivm, Qvae Professi Emittunt post professionem, iuxta Constitutiones, Parte Sexta, Capite secundo & Parte decima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68489

Visual Library

FORMVLA VOTORVM SIMPLICIVM, QVAE PROFESSI EMITtunt poſt profeſſionem, iuxta Conſtitutiones, Parte Sexta, Capite ſecundo, & Parte decima.

QVAE formula extracta eſt ex prima Congregatione generali, titulo ſexto, Decreto uigeſimo tertio.

EGO .N. Profeſſus Societatis IESV, promitto Deo Omnipotenti coram eius Virgine Matre, & tota curia cœleſti, & coram R. Patre Præpoſito Generali, vel coram .N. locum Generalis Præpoſiti tenente nunquam me acturum quacunque ratione, uel conſenſurũ, ut, quæ ordinata ſunt, circa paupertatem in Conſtitutionibus Societatis, immutentur: niſi quando ex cauſa iuſta rerum exigentium uideretur paupertas reſtringenda magis. 1

Præterea promitto nunquã me acturum vel prætenſurum, ne indirecte quidem, vt in aliquam prælationem, vel dignitatem in Societate eligar, vel promouear. 2

Tum, ſi quem ſciam id curare, vel prætendere, promitto illum, remque totam me manifeſtaturum Societati, vel Præpoſito eius. 3

Promitto præterea nunquam me curaturum, præ tenſu- 4

ſenſurumúe extra Societatem prælationem aliquã, vel dignitatem, nec conſenſurum in mei electionem quantum in me fuerit, niſi coactus obedientia eius, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati.

5 Inſuper promitto, ſi quando acciderit, vt hac ratione in Præſidem alicuius Eccleſiæ promouear: pro cura, quam de animæ meæ ſalute, ac recta muneris mihi impoſiti adminiſtratione gerere debeo, me eo loco, ac numero habiturum Præpoſitum Societatis Generalem, vt nunquam conſilium audire detrectẽ, quod vel ipſe per ſe, vel quiuis alius de Societate, quem ad id ipſe ſibi ſubſtituerit, dare mihi dignabitur. Conſilijs vero huiuſmodi ita me pariturum ſemper eſſe promitto, ſi ea meliora eſſe, quàm quæ mihi in mentem venerint, iudicabo: omnia intelligendo iuxta Societatis IESV Conſtitutiones & Declarationes. In tali loco, tali die, menſe, & anno, & cæt.

LAVS DEO.

Conſultorꝫ Rectoris Collegy Moguntini

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN